



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Proxeneta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

promissionis, non deobligat vnum, quamuis alter non faciat promissum, nec vice versa. *ibidem*.

De promissione facta Virgini deflorata: vide *Luxuria*.

P R O P O S I T V M virtuale vlteriùs non peccandi sufficit ob defectum temporis, vel considerationis ad veram poenitentiam, sed per se requiritur formale. *cap. 1. num. 10. 12.* & propositum satisfactionis requisitum ad Contritionem, sufficit aliquando virtuale. *num. 15. 43.* Et idem ad attentionem diuini officij, & ad conficienda Sacramenta. *Nou. num. 13.*

P R O X E N E T A, vel licitator, recipiens aliquid ad vendendum, & retinens sibi partem pretij, peccat mort. cum obligatione restituendi, nisi accipiat pro iusto stipendio: modo non promiserit se gratis venditurum. *cap. 23. num. 97.* Quòd si vendit plus quàm certum pretium, illud plus potest sibi accipere, si ea fuit mens Domini, vt illud pro stipendio accipiat: idem quando reddit sua industria rem pretiosiore, cum tamen non teneretur ad hoc, potest excessum sibi retinere. *num. 99.*

Qui iusto stipendio non contentus dixit Domino, neminem dare plusquam centum, & accepta potestate dandi vendidit pro

T t centum

centum & viginti, non potest retinere illud viginti. num. 98.

Quando committit vsuram, quid restituet, vide, Vsura. 3.

PUBLICVM, est quod patet omnibus: & est triplex, notorium, manifestum, famosum. Notorium nititur scientia maioris partis communitatis: famosum infamia orta ex vno sciente, aut ex indiciis, vel presumptionibus æquipollentibus illi. Manifestum, quod nititur fama maioris partis Communitatis orta à scientibus. cap. 27. num. 255.

Vt sit publicum sufficit esse tale viciniorum, aut Collegio, aut maiori parti eorum, si inueniantur decem, in eod. cap. 27. num. 255.

Actus qui est delictum, quamuis sit publicus, non sufficit, vt delictum dicatur publicum si alias est occultum, vt de celebrante publicè, qui occultè est excommunicatus. num. 250. Nou. 255.

PVNITIO, regulariter non debet dari alicui ex eo quo sciat delictum parari, & non indicet: fallit tamen in filio, seruo, & subdito. cap. 24. num. 21.

In **PVRGATORIO** non detinetur defunctus, donec eius debita soluantur. cap. 17. num. 68. vide etiam tit. Prædicatòr in fine.

Q V A R